



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XXXVI. Turpe, Turpitude.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

rum morte, *can. quam prepositum* 13. *quasi* 2. quia aliis videretur de spe resurrectionis dubitare, *can. ubicunque* d. *quasi* 2.

II.

Consulendum est his qui tristitia suae solatium merentur, *l. unio*, in *fin. C. de his quae ante apert. tab.* vid. Cujac. in *presat. Novell.* ubi tristitia consili lectione bonorum Auctorum tradit.

CAP. XXXIV.

Tueri.

Axioma I.

Tueri Magistratus Ecclesiam cogitur, *cap. in singulis* 7. *extr. de stat. Monachorum.*

II.

Tueri quis se potest privilegio vel praescriptione; non simul conjunctivè, *cap. penult. extr. de religio.*

III.

Tueatur nisi quis jura, parum est ea concedere, *cap. ubi* 3. *§. praeterea de Electionib.* in 6.

CAP. XXXV.

Turbare, Turbatio.

Axioma I.

Turbare dicitur, qui se iudicio opponit. Bart. & Dd. in *l. 1. §. huius uti possidet. l. si prius quam* 15. ubi Jafon de *oper. nov. nunc.* Lopus alleg. 65. & 72. Afflict. *decis.* Neapolit. 394. Paris. *conf.* 122. nullitas. num. 6. libr. 9. Wesenb. 2. *conf.* 58. num. 20. Faber in *§. retinenda* num. 16. & ibid. Angel. num. 3. *Institut. de interdict.* Panorm. in *cap. audita*, *extr. de restit. spoliat.* num. 8. Proprietatem turbare is demum dicitur, qui non potest re libere uti. *l. vim facit. n. de vi & vi armat.* Wesenb. *conf.* 345. num. 85. pag. 1622.

II.

Turbatio non committitur verbis, sed facto, Faber in *§. retinenda* num. 11. *Instit. de interdict.* Est enim actus facti. Jafon & Dd. in *l. si prius de oper. nov. nunc.* Ubi autem facto opus est, verba non sufficiunt, *l. Julianus* 13. *§. offerri* 8. *de action. empt. l. peculii* 4. *§. ult. ff. de pecul.* qua de causa qui minatur tantum turbationem, nec ultra verba progreditur, potius actione injuriarum, quam de vi tenetur, *c. querelam* 34. *de elect. l. injuriarum* 13. *§. ult. de injur. l. qui pendentem* 25. *ff. de act. empt.* Wesenb. 1. *conf.* 33. num. 24.

III.

Turbata voluntas non excusat, *c. Matthaeus* 23. *extr. de simon.*

IV.

Turbata possessio absentis restitui debet, *c. un. extr. de Cler. peregr.*

CAP. XXXVI.

Turpe, Turpitudine.

Axioma I.

Turpe à iudice non est admittendum, *l. cum profitearis* 4. *C. de revocand. donat. l. si creditoribus* 5. *de serv. pign. dat. l. filios* 4. *Cod. de iis qua*

in fraud. creditor. *c. inter dilectos* 8. *de donat.* Alex *conf.* 38. col. 1. vol. 2. Vult. 3. *conf. Marpurgens.* 18. num. 205. Non debere iudicem admittere postulationes inverecundas, hinc notant Graci in *l. 5. §. ult. de usur.* Cujac. *quasi* Pa. pin. 16. pag. 564. C.

II.

Turpitudinem suam nemo revelare cogitur, *c. dudum* 54. *de electionib.* Bald. in *l. 2. §. quod observari*, *C. de iurejurand. propter calum.* Idem. in *l. 1. C. quomod. & quand. judex.* Angel. in *l. Marcellus. ff. ver. amot.* qua de causa nec positioni criminosa respondere quis tenetur, ne cogatur detegere suam turpitudinem, Speculat. in *tit. de posit. §. septimo*, *vers. 19. num. 40.* Bart. in *l. qui turbasse. §. si pater. ibique* Alex. & Jafon *ff. de iurejur.* Panorm. in *cap. 2. num. 16. de confess.* Natt. in *repet. elem. sape. §. & quia* col. 7. *de V. O. Dec. in l. fin. num. 6. C. de edendo.* ratio, quia se ipsum nemo prodere cogitur. *cap. officii* 9. *de penit. & remiss.* Covar. ad *cap. peccatum* p. 1. in *princip. num. 2. de Reg. Jur.* praesertim si id fiat extrajudicium. Bald. in *l. 2. col. fin. C. de exhibend. reis.* Gloss. & Angel. in *l. ampliorem*, in *princ. C. de appellat.* quos refert & sequitur Natt. in *d. §. col. 7. vers. & fallit secundo.* add. Vult. 1. *conf.* Marp. 15. num. 237.

III.

Turpido personae non excludit à beneficio juris communis, Decius in *l. procurator.* in *fin. C. de edendo.* Boekel. de *publ. judic. disq.* 5. n. 9. Exemplum vid. in *l. si praedia* 58. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* Ubi donatio inter concubinam & concubinarium est permilla, Joseph. Ludov. *conclus.* 25. Peregrin. *tit. 9. num. 4. lib. 2. de jure* *ff. nec interest concubinae*, an uxori quis relinquat *l. 49. §. 4. de leg. 3.* imò saepe melioris est conditionis, quam uxor, Castr. in *l. donationis* num. 3. Alciat. in *l. Masurius de V. S. Joh. Bernh. Diaz.* in *pract. vers. concubinarium.*

IV.

Turpis promissio non est obligatoria, *c. de reslanda* 2. *de concess. praebend.* in 6. Turpes tamen & impossibiles conditiones favore matrimonii pro non adiectis habentur, nisi sint contra substantiam matrimonii: quia tunc viciant matrimoniam, *c. 1. & ult. extr. de condit. & apposit.*

V.

TURPITUDINEM vel dolum suum allegans non auditur, *l. mercalem* 5. *C. de condit. ob turpem causam. l. transactiones* 26. *C. de transactionib. l. si creditoribus* 5. ubi Gloss. *Cod. de servo pign. dat. l. cum profitearis* 4. *Cod. de revocand. donat. cap. inter dilectos* 8. *de donat.* Exornant latè Signorol. de *Homod. conf.* 180. Si queratur Socinus *conf.* 264. num. 8. lib. 2. Ruinus *conf.* 194. num. 11. & 12. lib. 1. Cravett. in *quasi. de indemn. mul.* num. 33. & *conf.* 106. num. 12. Rot. Lucens. *decis.* 14. num. 31. Bernhard. reg. 24. *vers. quinto.* Tiraquell. de *retractu lig.* §. 1. gloss. 18. num. 20. & 24. cum seq. &

(Hh) 4

in tract. Cessante causa limit. 2. Thomas de Thomasset. in floribus Legum, reg. 32. Sarmient. lib. 3. sect. 6. cap. 13. num. 5. & 11. Decianus cons. 18. num. 189. lib. 1. Menoch, cons. 89. num. 32. Paulus Fusc. lit. A. sing. 52. Jalon in l. iusjurandum. §. procurator. num. 18. cum multis seqq. ff. de iurejur. Alciat. in l. transactione 30. num. 4. cum seqq. Cod. de transactionib. Felin. in cap. tertio loco. à n. 6. de presump. Joh. Garc. reg. 477. Surd. decif. 196. n. 6. & decif. 309. num. 16. Cardos. in praxi Judicium & Advoc. verb. allegatio. num. 5. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 3. num. 12. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 11. num. 75. Card. Tusch. pract. concl. tom. 8. lit. T. concl. 404. per tot. Rot. decif. 665. num. 12. apud Farinac. p. 1. recent. Narbon. lib. 31. gloss. 16. num. 27. lib. 1. Recop.

Amplia, ut filius non audiat, allegans turpitudinem patris, Castr. cons. 48. in fin. lib. 2. Cravett. cons. 125. num. 6. ubi idem dicit de successore etiam singulari respectu sui auctoris, quia non auditur quis super eo, quod facit autorem allegantis incidere in feloniam, ut resolvit idem Cravett. concl. 507. num. 9. quem refert Cardin. Tusch. d. lit. T. conclus. 404. num. 13. Sic etiam nec heres potest allegare turpitudinem defuncti, cujus est heres, Baldus cons. 135. Pater Casanas, circa med. vers. quia heres, lib. 1. Signorol. de Homod. cons. 110. num. 4. & cons. 122. in fin. extendit, ut nec possit allegare impotentiam defuncti, cujus est heres, allegans, quia sapit turpitudinem, & cons. 257. in fin. pariter extendit, ut nec possit successor heredis allegare turpitudinem defuncti, dicendo illum fuisse usurarium, & cons. 120. Quidam Placentinus. in fin. ubi declarat, quod licet heres non possit allegare turpitudinem defuncti agendo, bene potest tamen excipiendo. Axioma enim procedit, etiam in eo, qui ejus, cui successit, vel auctoris turpitudinem allegat, l. filios 4. C. de revoc. his, quæ in fraud. cred. l. cum profitearis 4. C. de revoc. donat. Cravett. cons. 125. num. 9. ubi extendit ad successorem singularem, Viv. decif. 67. num. 5. lib. 1. Cardin. Tusch. d. conclus. 404. numer. 7. 18. 19. & 20. Joh. Bapt. Costa de facti scient. & ignor. cent. 1. dist. 62. num. 10. Mar. Giurba in consuet. Mess. c. 2. gl. 11. num. 5.

Amplia etiam in Judice, qui si dicat se protulisse sententiam pecuniâ corruptum, sibi non creditur, Angel. cons. 309. num. 5. vers. hoc etiam probatur. quem refert Cardinalis Tuschus dict. lit. T. conclus. 1.

404. num. 33. ubi num. 32. post Angel. cons. 309. Factum est tale. num. 5. subdit, idem testem deponentem extra judicium, se deposuisse falsum in iudicio, non probare, nec propterea ejus probationem tolli.

Limita tamen primò, ubi agitur de periculo animæ, quia tunc unicuique licitum est allegare turpitudinem suam, sive agendo, sive excipiendo, Anchar. cons. 212. Ego Angelus. ubi hoc dicit in causa matrimoniali, Cravett. cons. 466. num. 19. ubi idem ait, si allegetur turpitudine defuncti heredis pro salute animæ defuncti, quia admittitur, Francisc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. compar. 13. num. 15. ubi loquitur in causa separationis thori, Cardinal. Tuschus d. lit. T. conclus. 404. n. 59. & 60. Viv. decif. 67. n. 7. lib. 1. ubi quod quando periculum animæ vertitur, propria turpitudine allegari potest. & num. 9. in Ecclesiæ favorem.

Secundò limita, ubi quis tractat de damno vitando contra alterum tractantem de lucro captando, juxta ea, quæ resolvunt Tiraquell. de retract. lig. §. 1. Gloss. n. 72. cum seq. Socin. cons. 264. n. 8. lib. 2. Bald. cons. 114. Factum tale est, in fin. lib. 4. Anchar. cons. 330. in fin. Rimin. jun. cons. 86. num. 62. & seq. lib. 1.

Tertiò limita in reo, quia potest uti exceptionibus contrariis temporibus successivis, Decian. cons. 48. num. 52. lib. 2. quem refert Cardinal. Tusch. d. lit. T. 404. num. 61.

Quartò limita in eo, ut contra socium participem turpitudinis possit quis turpitudinem suam allegare, Castren. cons. 333. in fin. lib. 1. Capoll. cons. 57. n. 4. & seqq. Franciscus. num. 4. vers. & primò. Decian. cons. 48. num. 36. lib. 2. Cardin. Tusch. d. l. T. conclus. 56. & 67. Surdus cons. 371. num. 89. nisi excipiat, vel replicet allegans contra turpitudinis participem de lucro certantem. Cardinal. Tusch. d. conclus. 404. num. 74. Mar. Giurba in consuetud. Messanen. d. cap. 2. gloss. 11. num. 5. vers. excipitur tamen. p. 1.

Quintò limita, ubi turpitudine est per partem confessata, detecta, vel probata, sed declarata à Judice, quia tunc potest allegari ab eo, qui commisit, Capoll. d. cons. 57. num. 6. Ruin. cons. 194. in fin. lib. 1. Cravett. cons. 771. num. 4. Cardin. Tusch. d. lit. T. concl. 404. num. 70. & seq.

Sextò limita in criminalibus, in quibus excipiendo & se defendendo quilibet potest allegare turpitudinem suam, Capoll. dict. cons. 57. num. 4. vers. secundo respon.

respondetur. Cardinalis Tuschus dict. conclus. 404. num. 68.

Septimo limita in iudicio civili, si per modum retorquitionis quis alleget turpitudinem suam, ut per Signor. d. consil. 180. vers. secundo casui. ubi prope fin. idem dicit, si agatur civiliter excipiendo, vel ratione rei familiaris; subditque quod in iudicio civiliter misericorditer appellando possum allegare turpitudinem auctoris. Plures limitationes vid. apud Schultes in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quæst. 140. num. 12. & seqq.

VI.

TURPIUS ejicitur, quam non admittitur hospes, cap. quamquam cap. quemadmodum 25. §. alioquin. de jurejur. Gloss. in verb. ad inopiam. in cap. vestras. de donat. inter vir. & uxor. Alexand. consil. 213. Ponderatis. num. 7. vers. accedit, quia turpius. lib. 6. Tiraquell. de jur. constituti. p. 3. limit. 7. num. 43. Menochæ cons. 90. num. 124. Surdus de alim. tit. 7. q. 17. num. 41. & consil. 174. num. 13. & consil. 175. num. 42. & consil. 371. num. 54. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. clericali. §. 29. num. 7. Anton. Monach. Florent. decis. 24. num. 36. & Bononiens. decis. 19. num. 33. Cardin. Seraphin. decis. 1483. num. 14. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 3. lit. F. conclus. 12. num. 4. & tom. 8. lit. T. conclus. 430. Joseph. Vela disfert. 4. num. 48. Favorabilior enim est causa conservationis, quam novæ acquisitionis. Menoch. consil. 32. num. 37. Et facilius constitutum jus retinetur, quam de novo acquiritur, l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. Surdus decis. 40. num. 5.

CAP. XXXVII. Tutela, Tutor.

Axioma I.

Quicumque filius in potestate non est, illi testamentum tutor dari nequit, quia jus dandi tutores tanquam effectus fuit ex patriâ potestate. Ita ergo nepotibus hodie ab avo dari nequit tutor, sicut nec aliis filio à matre, E contra exheredato dari potest tutor l. 4. ff. de testam. tutel.

Limita: ut, si tamen datus fuerit talis tutor, confirmatione opus sit, ut si pater tutorem dederit filio emancipato vel naturali l. 1. §. 2. l. 3. de confirm. tut. l. 7. pr. eod. vel si mater dederit liberis l. 2. ff. eod. aut si pater filiofamilias tutorem dederit, sed non iusto testamento l. 2. C. eod.

II.

Quotiescunque legitimo tutori ex postfacto supervenit impedimentum, toties proximus gradu succedit. Quia tutela sic semel devolu-

ta est ad heredes, apud eos ergo etiam remanere debet. Itaque si mortuus fuerit vel capite diminutus tutor legitimus, successioni locus erit l. 3. §. pen. ff. de Attil. Tutor.

Limita, ut procedat (1.) in impedimento perpetuo, non ad tempus durante seu transeunte, cujus rei exemplum vid. in l. 1. §. 2. ff. b. t. (2.) in impedimento extrinseco, non à iudice causato l. 11. §. ult. ff. de test. tut.

III.

Quotiescunque legitimo tutori ab initio obstat impedimentum, toties non succedit proximus, sed alius à iudice dandus. Quia omnis successio fieri debet in jus antecessoris. Quoniam igitur tutor, cui ab initio obstat impedimentum, nullum jus habuit, cum tutela ad ipsum non fuerit delata, ergo nec successor ejus quicquam juris prætereundere potest. Exemplum est in tutore deportato aut excusato.

IV.

Quicumque Magistratui hodie ordinaria jurisdictio in pupillum competit, illi competit jus dandi tutorem. Quia hodie ex jurisdictione simpliciter considerata datio tutoris dependet.

Limita, ut datio tutoris hoc in casu ad bona alibi sita per indirectum se extendat, quamvis hodie casu tutor datus soleat confirmari, seu alius tutor dari à iudice loci, ubi bona sita sunt.

V.

Quicumque non est sub jurisdictione Magistratus, ille invitatus tutor dari nequit, quia ille non poterit cogi ad munus tutelæ suscipiendum. arg. l. fin. ff. de jurisdict.

Limita: ut si tutor alienæ jurisdictionis iudicem communem habeat cum pupillo, ab hoc iudice superiori possit confirmari. (2.) ut in subsidium dari possit, ita nimirum, ut per literas subdiales citetur. l. 24. ff. de Tut. dat. Conf. Brunnem. ad l. 5. C. qui Tutor. dari possunt.

VI.

Quicumque ex cognatis successionem sperat, ille, si tutorem intra annum non petat, successione privatur. l. 10. C. de leg. hered. Quia hac negligentia suâ indignum se reddit hereditate legitima l. 2. §. 1. ff. qui pet. Tut.

Limita: modo liberi vel illi, de quorum successione agitur, impuberes moriantur. l. 3. l. 6. C. ad SCrum Tertull. l. 10. C. de leg. her. (2.) modo non casu fuerint impediti, v. g. si procurator missus ad petendum tutorem moriatur in itinere. (3.) modo illos nemo gradu præcedat.

VII.

Quoties honorarius tutor tutorem administrantem suspectum reddere potuit, toties, si id non fecerit, conveniri potest, & contra. Quia tutor talis tenetur saltem ad inspectionem, adeoque ad id quod videre & avertere potuit. Ita ergo si rationes non exegerit: si non curaverit, ut pecunia ad prædii comparationem collocetur, tenetur. l. 3. §. 2. ff. b. t.

Limita: ut tamen prius excutatur tutor administrans, Carpz. P. 2. c. 11. def. 36.

VIII.

Quoties tutela à pluribus administrata, toties, si unus conveniatur, locus est beneficio divisionis,